

VERITAS
PROFUGA,
REMEANS
AD REGIOS LARES.

AU THORE
P. D. BONAVENTURA
DE TUNDIS EVGVBINO.

Monacho Oliuetano, Sacrae Theologiæ Doctore.

SACRATA
AVGVSTISSIMO, ET IMMORTALI NOMINI,
CAROLI SECUNDI
MONARCHÆ HISPANIARVM.



Neapoli, ex Regia Officina Saluatoris Caſtaldi 1681:


Superiorum Licentia.



AVGVSTISSIME. ET INVICTE REX.



VINAM ex Regibus rationabilius exhiberi possunt, sapientiae monita, quam Tibi, qui Auorum sapientia innutritus, nil aliud cupidius quæritas, quam sapientiam. Te admirantur populi adhuc inadulatum, virtutum exemplar, & gentilitiae sapientiae ideam. Tu enim cuncta, in metam honestatis refers; inter procellas humanae vitae, æquanimitatem, velut anchoram adhibes; per quodcumque infortunium, nunquam de mentis constantia deinceperis, discutis malorum nubila, per animi serenitatem, nulla prosperitate, aut magnitudine insolescis; ex lege iustitiae, cuncta moliris; nunquam maleficium, pro beneficio reddis, implexque gratitudinis numeros, beneficij repensione; temperas per mansuetudinem iram, & per eam cohibes animi motus tum interiores, tum exteriores; nunquam animo ferocienti, aut per iram effetato indulges; salutasti virtutis limina ab incunabulis, nihilque magis expetis, ipsa virtute, ad animi saturitatem. Quid plura efflagitem, in Summo Monar-



V E R I T A S
P R O F V G A.
R E M E A N S
A D R E G I O S
L A R E S.



Vllius rei difficultius, quam veritati ad Principes, aditus patet; circum fidentur assentantium, ad blandientiumque Coetibus fores, qui nullo tristi nuncio, eorum animos sustinent acerbare; quotus quisq; hodiè in aulis est, qui etiam grauissimè peccantem Principem, liberè monere audiat? desperata quidem, eius Principis salus est, cuius aures ita formatæ sunt, ut aspera, que utilia; nec quicquam, nisi iucundum accipient; Principibus, facilis est

A

om-